S. Isidori Episcopi lib. 2 Soliloquior(um)
Liber differentiarum Isidori iunioris Spanensis Episcopi

fallaceſ perimunt, ſi mendaciū hominiſ lege donatur.
ſi fallacia humano iudicio conplectitur, ſi fulcitur capi
tali poena conſcribitur; quanto magiſ ante dm̄ teſtem
uerborum · os enim quod mentitur occidit animam ·
& perdeſ eoſ qui locuntur mendacium · & teſtiſ falſuſ
non erit inpunitus; REFUGE ERGO mendacium ·
declina mendacium · caue falſum · pure loquere ·
numquam mentiariſ; ESTO uerax nullū circumſcri
baſ uerbiſ · nullum fallendo decipiaſ · nullum argu
mentiſ uerborum inducaſ; prohibe & iam tibi iuramen
tum · tolle iurandi uſū · iuſiurandum interdic tibi;
PAERICULOSŪ est enim iurare; aſſiduitaſ iurandi ·
periurii conſuetudinem facit · iurandi uſuſ ad periuri
um ducit; SIT in ore tuo est · SIT in ore tuo non est;
ueritaſ iuramentum non indiget; FIDELIS SERMO ·
ſacramenti ret&in& locum · firma ſit ſacramenti tui fideſ;
fac bonum quod ſpondiſti · non ſiſ in uerbiſ faciliſ & in o
puſ difficiliſ · Coram dō facile aliquid non promittaſ;
ſine conſideratione uiriū nihil praeſumaſ; quod non po
teſ facere, non pollicearis; multum dō reuſ eris,
ſi non rediſ quod uoueriſ · diſplicent dō quo uota ſua non
explent · inter infideleſ conputantur · qui quod uouer(unt) ·
non impleuerunt · MELIUS EST enim non promit
tere · quam fidem promiſſi non exſoluere ·
MELIUS EST non uouere, quam poſt uotum pro
miſſa non reddere · In maliſ autem promiſſiſ reſ
cinde fidem · In turpe uoto muta decretum · quod in
caute uouiſti non faciaſ · Inſipiens est promiſſio ·